



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Analysis Methodica Ivris Pontificii**

**Venator, Daniel**

**[S.I.], 1579**

**VD16 V 541**

De Secvndis Nyptiis. Titulus XXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

376 ANALYS. IVRIS PONTIFICII  
ita vt sine speciali vxoris mandato, & gerere, &  
conueniri possit, l. vlt. vbi glos. & Dd. C. de pact.  
conuen.

*Quæ Adiacentia?*

Varia priuilegia doti & donatiōe, propter nu  
ptias, concessa. De quibus vide Bald. Nouel. & Io  
hannem Campeziūm, in tract. de dot. & eius pri  
uilegijs.

*Quæ Pugnantia?*

Illegitimum matrimonium. Vbi enim legiti  
mum non est matrimonium, ibi dos, vel dona  
tio, propter nuptias, esse non potest, l. 3. ff. de iu  
re do. Diuortium & rescissio matrimonij, quod  
vel morte vel adulterio, alterutrius coniugum,  
& alijs dissoluendi matrimonij modis contin  
git. Sicut enim, si adulterio commisso, per vxo  
rem, matrimonium rescissum sit, ipsa perdit do  
tem, c. plerunq; extr. eod. ita etiam maritus, si  
ab vxore separetur, propter adulterium, amittit  
donationem propter nuptias, Panor. in d. c.  
plerunq; & auth. quia verò plurimas, iuncta  
auth. vt liceat matri & auix, &c.

DE SECUNDIS NVPTIIS.

*Titulus XXI.*

*An vxori plures maritos simul, vel successiue ha  
bere liceat? Et quid, si de morte mariti  
absentis dubitet?*

**N**on polygamia, sed bigamia, trigamia,  
nimò etiā octogamia, vtroq; iure permitta  
est. Hoc est, non plures simul, sed plures  
successiue, vsque ad octonarium numerum, ma  
ritos



ritos vel vxores coniugibus habere licet. Quid, si de morte vxoris maritus dubitet? Et statutum est: ipsum contrahere non debere, & si de facto contraxerit, reddere, sed non exigere debitū posse, teneri q̄ si de prioris coniugis vita constiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorē coniugem reuerti, c. dominus, ext. eod. Pari ratione nec vxor dubitās de vita mariti absentis ad secūda vota conuolare potest. Quod si maritum de mortuū certō constet, quandoq; voluerit, etiā intra tempus luctus rectē nubit. Nam vt ait Innocentius I I. in c. fin. extr. eod. cūm secundūm Apostolum, mulier mortuo viro, ab eius sit legē soluta, & nubēdi, cui vult in domino liberā habeat facultatem, non debet legalis infamia suū sinere iacturam, quæ licet post viri obitum intra tempus luctus (scilicet vnius anni spaciū) nubat, cōcessa sibi tamen ab Apostolo vtitur potestate. Cūm in his præsertim seculares leges non dedignentur sacros canones imitari, d. c. fin. & c. super illa, extr. eod.

*FINIS LIBRI QVARTI.*

LIBER